

TIT. IX.

QUI ET A QUIBUS MANUMISSI LIBERI NON FIUNT¹ [ET]
AD LEGEM AELIAM SENTIAM.

1. ULPIANUS, lib. 4, ad Sabinum.

Celsus libro 12 Digestorum, utilitatis gratia motus, surdum ita natum manumittere² posse ait.

2. Idem, lib. 5, ad Sabinum.

Servo competere libertas non potest, si relegatus³ moratus sit in urbe.

3. GAIUS, lib. 2, de Legatis, ad Edictum urbicum.

Si optio hominis data sit, vel indistincte homo legatus sit: non potest heres quosdam servos, vel omnes manumittendo, aut evertere, aut minuere⁴ jus electionis; nam optione, sive electione servi data, quodammodo singuli sub conditione legati videntur.

4. ULPIANUS, lib. 5 Disputationum.

Servum pignori datum manumittere⁵ non possumus.

5. JULIANUS, lib. 64 Digestorum.

Cum hereditas solvendo non est, quamvis heres⁶ locuples existat, libertas ex testamento [non] competit. — § 1. Si [autem] is, qui solvendo non est, hoc⁷ modo libertatem dederit, Si creditoribus meis solidum solum fuit, Stichus liber esto: non potest videri fraudandorum creditorum liberos esse jussisse. — § 2. Si Titius nihil amplius in bonis, quam Stichum et Pamphilum habeat, eosque stipulanti Maxio ita promiserit, Stichum aut Pamphilum dare spondes⁸ deinde, cum alium creditorem non habet, Stichum manumiseri: libertas per legem Aeliam Sentiam rescinditur; quamvis enim fuit in potestate Titii, ut Pamphilum dare, tamen quādūcūt eum non dederit, quia interim mori possit, non sine fraude stipulatoris Stichum manumisit. Quod si solum Pamphilum dari promisisset, non dubitare, quin Stichus ad libertatem pervenire, quamvis similiiter Pamphilus mori possit: multum enim interest, continueatur ipsa stipulatione is, qui manumittitur, an extra obligationem sit. Nam et qui ob aureos quinque Stichum et Pamphilum pignori dederit, cum uteque eorum quinum aureorum sit⁹, neuter manumitti potest: at si Stichum solum pignori dederit, Pamphilum non videtur in fraudem creditoris manumittere.

6. SCÆVOLA, [lib. 16 Questionum].

Julianus de eo loquitur, qui in substantia nihil aliud habeat; nam si habeat, quare non dicetur, uuum posse manumitti: quia et uno mortuo, solvendo est; et una manumisso, solvendo est: nec adventitiī casus computandi sint; aliquin et qui unum, et certum ex servis suis promisit, neminem manumittet?

7. JULIANUS, lib. 2, ad Urseum Ferocem.

Si quis integris facultatibus codicilos confirmavit, deinde, cum consilium creditorum fraudandorum cepisset, libertates codicillis dederit: obtineri non potest, quo minus lege libertates interpellarentur; nam consilium testatoris fraudulentum non eo tempore observatur, quod codicilli confirmantur, sed quod libertas codicilli datur. — § 1. Minor annis viginti, cum servum manumittere vellet, nec justam causam ad consilium manumittendi haberet, tibi eum¹⁰, ut manumitteres, dedit: negavit eum Proculus liberum esse, quoniam fraud¹¹ legi facta esset.

8. AFRICANUS, lib. 5 Questionum.

Cum is, qui¹¹ sub conditione debet, manumittat fideicommissa causa, lex Aeliam Sentiam locum habet. — § 1. Si miles jure militari testamento facto, libertates dederit in fraudem creditorum, et non solvendo moriantur: impediuntur libertates.

9. MARCIANUS, lib. 1 Institutionum.

Ille servus liber non erit, qui coegerit, ut eum dominus manumittat, et ille perterritus scripsit, liberum cum esse. — § 1. Item nec ille liber fieri potest, qui a domino¹² non est defensus in capitali crimine, posteaque absolutus est. — § 2. Qui hac lege venierint¹³, ne manumittantur, vel qui testamento prohibiti sint manumitti, vel iussi præsidis provinciae: licet manumittantur, tamen ad libertatem non perveniant.

Tir. IX. — 4. Lib. 7, C. 11 et 12; Lib. 1, Inst. 6. — 2. Vide tamen L. 10, C. qui testem, facere. — 3. Vide tamen L. 12, § 2, ut vers. idemque dicendum inf. de accusat. — 4. L. 4, upr. de opt. legal. — 5. L. 27, § 1, inf. h. t. — 6. L. 18, in pr. inf. h. t. — 7. L. 27, circa fin. — 8. Addit. 5, supr. de manumiss. — 9. L. 4, supr. de serv. expot. — 10. L. 29, supr. de legib. — 11. L. 27, in pr. inf. h. t. — 12. L. 19, supr. de statu homini. — 13. L. 9, in pr. de public. judic. — 15. L. 9, supr. de manumiss. — 14. L. 16, § 2, inf. h. t.; Inst.

10. GAIUS, lib. 1 Rerum cotidianarum sive aureorum.

In¹⁴ fraudem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore, quo manumittit, solvendo non est, vel datis libertatibus desitrus est solvendo¹⁵ esse; sepe enim de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines: quod frequenter accidit his, qui transmarinas negotiations, et alias regionibus, quam in quibus ipsi morantur, per servos atque libertos exercent; quod sepe adtrit istis negotiationibus, longo tempore, id ignorant, et manumittendo sine fraudis consilio indulgent servis suis libertatem.

11. MARCIANUS, lib. 15 Institutionum.

In fraudem civitatum manumisit, ad libertatem non venient, ut senatus censuit. — § 1. Sed nec in fraudem¹⁶ fisci datas libertates procedere, principalibus constitutionibus cavetur. Sed divi fratres rescriperunt: Non utique, si debitor fisci manumisit, libertates impediuntur, sed¹⁷ ita, si, cum non erat solvendo, in fraudem manumisit.

12. ULPIANUS, lib. 5, de Adulteriis.

Prosperit legislator, ne mancipia per manumissionem¹⁸ questioni subducantur: idcirco prohibuit et manumitti; certumque diem præstítuit, intra quem manumittere non liceat. — § 1. Ipsa igitur, quæ diverbit, omnes omnimodo servos suos manumittere vel alienare prohibuit: quia ita verba faciunt, ut¹⁹ ne eum quidem servum, qui extra ministerium ejus ministeriis fuit, vel in agro, vel in provincia, possit manumittere vel alienare; quod quidem per quam²⁰ durum est: sed ita lex scripta est. — § 2. Sed etsi post divorvum servum mulier paravit, aut alia ratione adquisit: eaque (quod ad verba attinet) manumittere non poterit: et ita Sextus quoque Cæcilius adnotat. — § 3. Pater vero, in cuius potestate filia fuerit, ea tantum mancipia prohibuit manumittere, alienareve, qua in usu filiæ fuerunt tributa. — § 4. Matrem quoque prohibuit manumittere alienareve ea mancipia, quæ in ministerium filiæ concesserat. — § 5. Sed et avum et aviam prohibuit manumittere: cum horum quoque mancipia quæstione postulari posse lex voluerit. — § 6. Sextus Cæcilius recte ait, angustissimum tempus legem præstítuit alienandis manumittendis servis. Finge (inquit) ream adulterii intra ix diem postulatam, quæ cognitio tam facile expediri potuit adulterii, ut intra lx diem finiat²¹ et tamen licere mulieri, quamvis postulatae adulterii, servum suspectum²² in adulterio vel quæstione necessarium, quod ad verba legis attinet, manumittere. Sane in hunc casum subveniendum est, ut destinari servi quasi consci, vel quasi noentes, non debeat²³ manumitti ante finitam cognitionem. — § 7. Pater mulieris vel mater, si intra lx diem²⁴ decedant, ex his servis, quos in ministerium filiæ dederint, neque manumittere neque alienare poterunt.

13. PAULUS, lib. 5, de Adulteriis.

Quod si intra diem sexagesimum manumiserint, erit servus statuliber.

14. ULPIANUS, lib. 4, de Adulteriis.

Sed si maritus intra sexagesimum diem deceaserit: an manumittere vel alienare jam possit superscriptas personas, videamus? Et non puto posse: quamvis accusatore mulier deficiatur marito: cum pater accusare²⁴ possit. — § 1. Et simpliciter quidem lex mulierem prohibuit intra sexagesimum diem divorvi manumittere. — § 2. Sive autem divertit, sive repudio dimissa sit; manumissio impeditur. — § 3. Sed si morte mariti solutum sit matrimonium, vel aliqua pena: ejus manumissio non impeditur. — § 4. Sed etsi bona²⁵ gratia finierit matrimonium, dicetur, manumissionem vel alienationem non impediri. — § 5. Sed et si constante matrimonio mulier, dum divorvum cogitat, manumittat vel alienet, et [hoc] dilucidis probationibus fuerit approbatum: quasi in fraudem legis hoc factum sit, non debet alienatio valere vel manumissio. — § 6. Alienationem omnem²⁶ omnino accipere debemus.

15. PAULUS, lib. 4, ad legem Julianam.

Quæsitum est, an is, qui majestatis criminis reus factus sit, manumittere²⁷ possit, quoniam ante damnationem dominus est? Et imperator Antoninus Calpurnio Critoni rescripsit, ex eo tempore, quo quis proper facinorum suorum cogitationem jam de pena sua certus esse poterat, multo prius conscientia delictorum quam damnatione jus date libertatis cum amississe. — § 1. Julianus ait, Si postea quam filii permisit pater manu-

quibus ex causa manumitti, non licet in pr. — 15. Inmo vide § 5, Inst. d. t. — 16. L. 45, in pr. curia, ex causa manumitti, non licet in pr. — 17. L. 2, C. de sero pignori testam. — 18. L. 8, in fin. supr. de manumiss. — 19. Mutat. L. 3, C. d. t. — 20. L. 1, § 30, supr. de SC. Silan. — 21. L. 1, C. de mulier, que se propri. serv. — 22. Inst. de hered. inst. pr. — 23. L. 36, circa fin. C. ad leg. Jul. de adult. — 24. L. 14, C. de his, qui accusare non poss. — 25. N. 22, c. 4. — 26. L. ult. C. de reb. alien. non alien. — 27. L. 8, § 2, supr. de manumiss.

mittere, filius²⁸ ignorans patrem decessisse, manumisit vindicta: non fieri eum liberum; sed etsi vivit pater et voluntas mutata erit: non videri volente patre filium manumisisse.

16. Idem, lib. 3, ad legem Aeliam Sentiam.

Si, cum fideicommissa libertas debetur, minor viginti annis servum vendat, ut manumittatur, vel quia hac lege emerat: non impeditur alienatio. — § 1. Si partem, quam in communis servo habet minor viginti annis, manumittendi causa tradat: nihil agit. Sed si, cum ipse causam probare posset, tradiderit: nulla fraus intelligetur. — § 2. Ne quis²⁹ creditorum fraudandorum causa servum manumittat, hac lege caveretur. Creditores autem appellantur, quibus³⁰ quacunque ex causa actio cum fraudatore competat. — § 3. Aristo respondit, A debitor fisci, qui solvendo non erat, manumisit, ita revocari in servitatem debere, si non diu in libertate fuisset: id est, non minus decennio; plane ea que in fraudem fisci in sinus ejus collata sunt, revocanda. — § 4. Si sub conditione aliqui pecunia debetur: [quasi] statuliber erit, a debitor manumisss: ut³¹ penda libertas ex conditione. — § 5. Si voluntate patris filius manumisit: sive pater sive filius sciat solvendo patrem non esse: libertas impeditur.

17. Idem, lib. singul. de Libertatibus.

Si privatus coactus a populo manumiserit, quamvis voluntatem accommodaverit, tamen non erit liber: nam et divus Marcus³² prohibuit, ex adclamacione populi manumisit. — § 1. Item non fit liber, si mentitus dominus, ne a magistratibus castigaretur, dixit esse liberum, si non fuit voluntatis manumittendi. — § 2. In his, quos³³ intra certa tempora non licet manumittere, si testamente accepert libertatem, non testamenti facti, sed competentis libertatis tempus inspicidum est.

18. Idem, lib. 16, ad Plautium.

Si mortis tempore solvendo sit hereditas: si tamen [cum] aditur, deserit esse solvendo: libertas a testatore in fraudem creditorum relata, non competit; nam sicut³⁴ aucta hereditas prodest libertatibus, ita non cedit diminuta. — § 1. Si, cui libertas relata est, jussus sit heredi dare tantum, quanti est, et liber esse: videamus an adhuc fraus sit creditorum, quia heres moris causa accepturus est; an vero, si alius pro eo, vel ipse non de peculio det, nulla sit fraus? Sed si heres locuples³⁵ non proficit ad libertatem: nec, qui dat pecuniam, prodebet potest.

19. MODESTINUS, lib. 4 Regularum.

Nulla competi. libertas data ab eo³⁶, qui postea servus ipse pronunciatus est.

20. Idem, lib. singul. de enucleatis Casibus.

Si servo³⁷ alieno libertas, non consentiente domino data est, valere ex auctoritate juris non potest: quamvis postea manumissor domino heres extitit; nam licet ejus iura cognitionis, qui manumisit, heres extitit: non ideo adiunctione hereditatis libertatis datio confirmatur.

21. Idem, lib. 4 Pandectarum.

Matrimonii causa manumitti ancilla a nullo alio³⁸ potest, quam qui eam uxorem ducturnus est. Quod si alter manumiserit matrimonii causa, alter eas uxorem ducat: non erit libera; adeo ut nec si intra sex quidem menses eam repudiata postea manumissio uxorem duxerit, liberam eam fieri Julianus respondit: quasi de his nuptiis senatus senserit, quæ post manumissionem, nullis alius interpositis, secuta fuerunt.

22. POMPONIUS, lib. 25, ad Quintum Mucium.

Curator³⁹ furiosi servum ejus manumittere non potest.

23. Idem, [lib. 4, ex variis Lectionibus].

Semper in fraudem creditorum libertas datur ab eo, qui⁴⁰ sciret se solvendo non esse: quamvis bene dedisset merenti hoc.

24. TERENTIUS CLEMENS, lib. 9, ad legem Julianam et Papiam.

Si quis habens credidores, plures manumiserit: non omnium libertas impeditur; sed qui primi⁴¹ sunt, liberi erunt, donec creditoribus suum salvator: quam ratione Julianus solet dicere; velut duobus manumissis, si unius libertate fraudentur, non utriusque, sed alterutrius impedit libertatem: et plerisque postea scripti⁴²: nisi si quando majoris pretii sit

28. L. 4, supr. in pr. de manumiss. vind. — 29. L. 10, supr. h. t. — 30. L. 27, cives filii pr. infra. cod. — 31. L. 1, in fin. supr. de statulib. — 32. L. 5, C. qui manumitti, non pos. — 33. L. 1, in fin. supr. de manumiss. — 34. L. 57, supr. de manumiss. testam. — 35. L. 5, in pr. supr. h. t. — 36. L. 1, C. de statu defunct. — 37. L. 5, in fin. supr. h. t. — 38. L. 1, C. de his, qui a natus manumisit. — 39. L. 1, C. de manumiss. et colon. lib. t. tit. 6. — 40. L. 13, circa fin. supr. de manumiss. — 41. L. 5, C. de his, qui accusare non poss. — 42. L. 1, C. de reb. alien. non alien. — 43. L. 1, C. de serv. — 44. Ostat. L. 15, inf. quæ in fraud. cred. — 45. L. 53, fin. intr. de pat. L. 5, C. de sero pignori testam. — 46. L. 8, in pr. supr. h. t. — 47. L. 1, C. de manumiss. — 48. L. 10, § 2, supr. h. t. — 49. L. 8, in pr. supr. h. t. — 50. Addit. L. 10, inf. de pat. — 51. L. 1, C. de his, qui a natus manumisit. — 52. L. 9, § 2, in pr. supr. h. t. — 53. L. 6, in pr. supr. h. t. — 54. L. 11, C. de his, qui a natus manumisit. — 55. L. 2, C. si mancip. ita fuerit alien. — 56. L. 1, in fin. C. communis de manumiss. — 57. L. 6, in pr. supr. de jure patron. — 58. L. 1, in pr. supr. de adiug. libert. — 59. L. 25, in fin. supr. de oper. libert. — 60. L. 6, § 2, supr. de jure patron.

is, qui ante nominatus sit, nec sufficiat, posteriore retrahi in servitatem, prior [autem] sufficiat; nam hoc casu sequenti⁴³ loco scriptum solum ad libertatem pervenit.

25. PAPINIANUS, lib. 5 Responsorum.

In fraudem creditorum testamento datae libertates, prioribus creditoribus dimisis, propter novos credidores irrita⁴⁴ sunt.

26. SCÆVOLA, lib. 4 Responsorum.

Pignori oblig

hanc legem non pertinet: quoniam operas præstanto potest liberari. Idem Octavenus probat: et adjicit, Obligare sibi libertum, ut mercedem operarum capiat, is intelligitur, qui hoc solum agit, ut utique mercedem capiat, etiam si sub titulo operarum eam supulatus fuerit.

TIT. X.

DE JURE¹ AUREORUM ANULORUM.

1. PAPINIANUS, lib. 4 Responsorum.

Inter ceteros alimenta liberto relicta non² idcirco non debentur, quia jus aureorum anulorum ab imperatore libertus acceperit. — § 1. Diversum in eo probatur, qui judicatus ingenuus, collusione per alium patronum detecta conditioni sue redditus, alimenta sibi, qua tertius patronus reliquerat, preberi desiderat: hunc enim etiam beneficium anulorum amittere placuit.

2. *Idem*, [lib. 15 Responsorum].

Intra³ quinque annos pro ingenuitate sententia dicta rescissa fuerat: victim anulorum aureorum beneficium, quod ante sententiam pro ingenuitate dictam acceperit, ac depositum, non retinuisse respondi.

3. MARCIANUS, [lib. 4 Institutionum].

Divus Commodus et jus anulorum datum ademit illis⁴, qui invitatis aut ignorantibus patronis acceperant.

4. ULPIANUS, [lib. 3, ad legem Julianam et Papiam].

Etiam feminae iuri anulorum aureorum impetrare possunt: et jura ingenuitatis impetrare, et natalibus restitu poterunt.

5. PAULUS, [lib. 9, ad legem Julianam et Papiam].

Is, [qui] ius anulorum impetravit, ut⁵ ingenuus habetur⁶: quamvis ab hereditate ejus patronus⁷ non excludatur.

6. ULPIANUS, [lib. 4, ad legem Julianam et Papiam].

Libertinus, si jus anulorum impetraverit, quamvis iura ingenuitatis salvo jure patroni nactus sit, tamen ingenuus intelligitur; et hoc D. Hadrianus rescripsit.

TIT. XI.

DE NATALIBUS RESTITUENDIS¹.

1. ULPIANUS, [lib. 2 Responsorum].

A principe natalibus suis restitutum eum, qui se ingenuum natum principi adfirmavit, si ex ancilla natum est, nihil² videri impetrasse.

2. MARCIANUS, [lib. 4 Institutionum].

Interdum ei servi nat ex postfacto juris interventu³ ingenui sunt: ut ecce si libertinus a⁴ principe natalibus suis restitutus fuerit. Illis enim utique natalibus restitutur, in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipse nascitur, cum servus natus esset. Hic enim, quantum ad totum jus pertinet, perinde habetur, atque si ingenuus natus esset: nec⁵ patronus ejus potest ad successionem venire. Ideoque imperatores non facile solent quemquam natalibus restituere, nisi consentiente patrono.

3. SCÆVOLA, lib. 6 Responsorum respondit.

Quæris, an ingenuitatis iure utatur is, quem sanctissimus et nobilissimus imperator natalibus suis restituit? Sed ea res nec dubitationem habet, nec unquam habuit, quia exploratum sit, ad omnem ingenuitatis statum restituti eum, qui isto beneficio principis utatur.

4. PAULUS, [lib. 4 Sententiarum].

Nec filio patroni⁶ invito libertus natalibus suis restitutus potest: quid enim interest, ipsi patrono, an filii eius fiat iuria?

5. MODESTINUS, [lib. 7 Regularum].

Patrono⁷ consentiente debet libertus ab imperatore natalibus restituti: jus enim patroni hoc impletato amittitur. — § 1. Libertinus, qui nata-

Tir. X. — 1. Lib. 6, C. 8; N. 78. — 2. L. 35, § 2, supr. de condit. et demonstr. — 3. L. 1, inf. de collus. deteg. — 4. L. 4, inf. prot. L. un. in pr. C. ad leg. Visell. — 5. L. ult. inf. b. t.; L. un. C. ad leg. Visell. — 6. In pr. inf. L. ult. C. b. t. — 7. L. 5, in pr. supr. de bon. libert. Tir. XI. — 1. Lib. 6, C. 8; N. 78. — 2. Far. L. 2, C. si contra ius vel utilitas. — 3. L. 1, ult. in fin. inf. b. t.; L. ult. in fin. C. de bon. aureor. anulor. — 4. L. 25, § 1, C. de uupt. — 5. L. 3, § 1, supr. de bon. libert. — 6. L. 8, supr. tit. prox. — 7. Arg. L. 8, supr. de aqua et aqua pluv.

Tir. XII. — 1. Lib. 2, C. 16. — 2. L. 27, in pr. supr. de minor. — 3. L. 2, § 2, inf. quando appell. sit. — 3. L. 4, inf. b. t. — 4. L. 3, in fin. supr. L. 5, in fin. supr. de bon. libert. Addit. L. 1, in fin. L. 2, supr. de postuland. — 6. L. 5, C. b. t. — 7. L. 16, C. cod. — 8. L. 1, in fin. inf. quib. ad liberti. proclam. — 9. L. 33, inf. b. t. — 10. L. ult. inf. tit. prox.

libus restitutus est, perinde habetur, atque si ingenuus factus, medio tempore maculam servitutis non sustinuerit.

TIT. XII.

DE LIBERALI¹ CAUSA.

1. ULPIANUS, [lib. 34, ad Edictum].

Si quando is, qui in possessione servitutis constitutus est, litigare de conditione sua non patitur, quod forte sibi suoque generi vellet aliquam injuriam inferri: in hoc casu equum est, quibusdam personis dari licentiam pro eo litigare: ut² puta parenti, qui dicat filium in sua potestate esse; nam etiam si nolit filius, pro eo litigabit; sed et si in potestate non sit, parenti dabitur hoc ius: quia semper parentis interest, filium servitutem non subire. — § 1. Versa etiam vice dicemus, liberis parentum etiam invitorum eandem facultatem dari: neque enim modica filii ignorancia est, si parentem servum habeat. — § 2. Idcirco visum est, cognitio etiam hoc dari debere.

2. GAIUS, ad Edictum prætoris urbani, titulo de liberali Causa.

Quoniam servitus corum ad dolorem nostrum injuriamque nostram portigitur.

3. ULPIANUS, lib. 34, ad Edictum.

Amplius puto, naturalibus quoque hoc idem præstandum, ut parentes filium in servitutem quasitus et manumisso possit in libertatem vindicare. — § 1. Militi etiam pro necessariis sibi personis de libertate litigare permittitur. — § 2. Cum vero talis nemo alius est, qui pro eo litiget, tunc necessarium est, dari facultatem etiam matri, vel filiabus, vel sororum eius, ceterisque mulieribus, qua de cognitione sunt, vel etiam uxori, adire pretorem, et hoc indicare, ut causa cognita, et invito ei succurratur. — § 3. Sed et si libertum meum, vel libertam³ dicam, idem erit dicendum.

4. GAIUS, ad Edictum prætoris urbani, titulo de liberali Causa.

Sed tunc patrono conceditur pro libertate liberti⁴ litigare, si eo ignaro libertus venire se passus est.

5. ULPIANUS, [lib. 34, ad Edictum].

Interest enim nostra, libertos libertasque habere. — § 1. Quod si plures ex memoratis personis existant, qui velint pro his litigare: prætoris partes interponendae sunt, ut eligat, quem potissimum in hoc esse existimat; quod et in pluribus patronis observari debet.

6. GAIUS, ad Edictum prætoris urbani.

Benignus autem hoc persequendum est, ut, si furiosus⁵ et infans est, qui in servitutem trahitur, non solum necessariis personis sed etiam extraincis hoc permittrat.

7. ULPIANUS, lib. 34, ad Edictum.

Liberis etiam hominibus, maxime si maiores xx annis venum se dari possunt, vel in servitutem quaqua ratione deduci, nihil obest, quod minus possint in libertatem proclamare: nisi⁶ forte se venundari possunt, ut participaveri⁷ premium. — § 1. Si quis minor⁸ viginti annis ad partendum premium, venum se dari possunt est: nihil ei hoc post viginti annos nocebit. Sed si ante quidem se venum dedit, post⁹ vicesimum autem annum premium partitus est: poterit ei libertas denegari. — § 2. Siquis sciens¹⁰ liberum emerit, non denegetur vendito in libertatem proclamatio adversus eum, qui eum comparavit: cujusque sit astatis, qui emptus est: idcirco, quia non est venia dignus, qui emit, etiam si scientem prudentemque se liberum emerit. Sed enim si postea aliis eum emerit ab hoc, qui scivit, ignorans: deneganda est ei libertas. — § 3. Si duo¹¹ simul emerint partes, alter sciens, alter ignorans: videndum erit, numquid is, qui scit, non debeat nocere ignorantis? quod quidem magis est. Sed enim illa erit quæstio: partem solam habebit is, qui ignoravit, an totum? et quid dicendum de alia parte, an ad eum, qui scit, pertinet? Sed ille indignus est quid habere, quia sciens emerit: rursus, qui ignoravit, non potest majorum partem dominii habere, quam emit: evenit igitur, ut ei prosit, qui eum comparavit sciens, quod aliis ignoravit. — § 4. Sunt et alia causæ, ex quibus in libertatem proclamatio denegatur: veluti si¹² quis ex

eo testamento liber esse dicatur; quod testamentum aperiri prætor velat, quia testator a familia necatus esse dicatur: cum enim in eo sit iste, ut supplicio forte sit adficendus, non debet liberale judicium ei concedi. Sed et si data fuerit, quia dubitatur, utrum nocens sit, an innocens: differatur liberale judicium, donec constet de morte ejus, qui necatus est; apparebit enim, utrum supplicio adficendus sit, an non. — § 5. Si quis ex servitute in libertatem proclamat, petitoris¹³ partes sustinet: si vero ex libertate servitutem petatur, is partes actoris sustinet, qui servum suum dicit. Igitur cum de hoc incertum est, ut possit judicium ordinem accipere, hoc ante apud eum, qui de libertate cognitus est, discepatur, utrum ex libertate in servitutem, aut contra, agatur? Et si forte apparuerit, eum, qui de libertate sua litigat, in libertate sine dolo malo fuisse: is, qui se dominum dicit, actoris partes sustinebit, et necesse habebit servum suum probare. Quod si pronuntiatur fuisse, eo tempore, quo li preparabatur, in libertate eum non fuisse, aut¹⁴ dolo malo fuisse: ipse, qui de sua libertate litigat, debet se liberum probare.

8. *Idem*, [lib. 35, ad Edictum].

Cognitio de liberali causa¹⁵ usufructuario datur: etiam si dominus quoque velit (hoc est, qui se dominum dicit) moveare status controversiam. — § 1. Si plures sibi dominium servi vindicant, dicentes esse communem: ad¹⁶ eundem judicem mittendi erunt; et ita senatus censuit; ceterum si unusquisque suum esse in solidum, non in partem, dicit: cessat se-natusconsultum; neque enim timor est, ne varie judicetur: cum unusquisque solidum dominium sibi vindicet. — § 2. Sed et si alter usumfructum totum, alter proprietatem servi vindicet; item si alter dominium, alter pignoratum sibi dicat: idem iudex erit; et parvi refert, ab eodem, an ab alio ei pignori datus sit.

9. GAIUS, ad Edictum prætoris urbani, titulo de liberali Causa.

Si pariter adversus eum, qui de libertate litigat, consistant fructarius¹⁷ et proprietarius: fieri potest, ut alterter absit; quo casu, an praesenti soli permisso sit prætor adversus eum agere, dubitari potest: quia non¹⁸ debet alterter collusione aut inertia alterius ius corrumpti; sed rectius dicitur, etiam alterter eorum permittendum agere, ut alterius ius incorruptum maneat. Quod si adhuc nondum finito iudicio supervenerit, ad¹⁹ eundem judicem mittetur: nisi si justam causam adferat, quare ad eum nulli non debeat; forte si eum judicem inimicum sibi esse adficeret. — § 1. Idem dicemus, et si duo plures domini esse dicantur, et quidam præsto sint, quidam aberint. — § 2. Unde in utroque casu dispiciamus, an si is, qui prior erit, victus sit, prosit ei, quod posterior vicerit, vel contra: id est, ut cum omnino alterter vicerit, prosit etiam alterter; sicut prodest heredi liberti, quod in fraudem patroni servi manumisisti? Si cui placeat prodesse, consequens est, ut cum idem petat, exceptioni rei judicata obijciatur replicatio; si cui vero placeat non prodesse, est habebit sequentem dubitationem: utrum id, in quo quis vicit est, nullius erit; an ejus esse debeat, cum quo actum sit; an potius ejus, qui vicerit: scilicet ut utilis actio detur ei, qui vicerit, minime autem prætor pati pati, ut²⁰ pro parte quis servus sit.

10. ULPIANUS, [lib. 35, ad Edictum].

Imo cum, qui fixxit se servum, et sic veniit decipiendi emptoris causam. — § 1. Si tame vi metuque compulsa fuit hic, qui distractus est, dicimus eum dumlo carere. — § 2. Tunc habet emptor hanc actionem, cum liberum esse nescire: nam si scit liberum, et sic emit, ipse se circumvenit. — § 3. Quare si filius/familias emit, si quidem ipse scit, pater ignoravit, non adquisit patri actionem: hoc si peculiari nomine egerit. Ceterum si patre mandante, hic queritur, an filii scientia noceat? Et puto adhuc nocere, quemadmodum²¹ procurator vocet. — § 4. Plane si filius ignoravit, pater scit, adhuc dico repellendum patrem, etiam si peculiari nomine filius emit: si modo pater presens fuit, potuicte filium emere prohibere.

11. PAULUS, [lib. 31, ad Edictum].

Id est, sive virilis sexus, sive feminini sit, dummodo ejus etatis sit, ut dolum capiat.

12. ULPIANUS, [lib. 35, ad Edictum].

Imo cum, qui fixxit se servum, et sic veniit decipiendi emptoris causam. — § 1. Si tame vi metuque compulsa fuit hic, qui distractus est, dicimus eum dumlo carere. — § 2. Tunc habet emptor hanc actionem, cum liberum esse nescire: nam si scit liberum, et sic emit, ipse se circumvenit. — § 3. Quare si filius/familias emit, si quidem ipse scit, pater ignoravit, non adquisit patri actionem: hoc si peculiari nomine egerit. Ceterum si patre mandante, hic queritur, an filii scientia noceat? Et puto adhuc nocere, quemadmodum²¹ procurator vocet. — § 4. Plane si filius ignoravit, pater scit, adhuc dico repellendum patrem, etiam si peculiari nomine filius emit: si modo pater presens fuit, potuicte filium emere prohibere.

13. PAULUS, [lib. 31, ad Edictum].

In tantum ergo tenetur, quantum dedit, vel in quantum obligatus est: scilicet in duplum. — § 1. Sed utrum premium tantum, an etiam id quod præter accessit, duplicitur, videamus? Et putem omniō, quod præter emptionem vel dedit.

14. ULPIANUS, [lib. 35, ad Edictum].

In tantum ergo tenetur, quantum dedit, vel in quantum obligatus est: scilicet in duplum. — § 1. Sed utrum premium tantum, an etiam id quod præter accessit, duplicitur, videamus? Et putem omniō, quod præter emptionem vel dedit.

15. PAULUS, [lib. 31, ad Edictum].

Vel permutavit, vel compensavit eo nomine (nam²² et is deditis intelligentibus est).

16. ULPIANUS, [lib. 35, ad Edictum].

Vel obligatus est, duplari debere. — § 1. Proinde si quid cuidam ob hanc actionem lito jure dedit, dicendum est, in hoc edictum cadere, duplare²³. — § 2. Obligatum vel ipsi venditori accipere debemus, vel alii obligatum. Nam quod dedit, sive ipsi venditori, sive alii [ex] jussu eius: sive ipse, etiam si liberum debeat, neque continetur. — § 3. Obligatum accipere debemus, si²⁴ exceptione se tueri non potest: ceterum si potest, dicendum non esse obligatum. — § 4. Interdum evenit, ut is, qui

pr. supr. h. t. — 26. L. 7, in fin. supr. eod. — 27. L. 15, C. 2, 1, inf. eod. — 28. L. 44, L. 21, in pr. C. h. t.; L. 15, C. de probat. — 29. L. 12, in pr. inf. h. t. — 30. L. 4, L. 6, in pr. supr. de condit. etr. — 31. L. 17, L. 22, § 5, inf. h. t.; L. 5, § 2, 1, supr. de adil. edict. — 32. L. 16, inf. h. t. — 33. L. 7, in fin. supr. h. t. — 34. L. 18, supr. h. t. — 35. L. 10, in pr. supr. h. t. — 36. L. 1, in fin. supr. h. t. — 37. L. 7, in fin. supr. h. t. — 38. L. 1, in fin. supr. h. t. — 39. L. 1, in fin. supr. h. t. — 40. L. 1, in fin. supr. h. t. — 41. L. 1, in fin. supr. h